2302, per procuratorem Augusti provinciae praesidem N. 9056, per praefectum Aegypti N. 9060. — 26) *Homo ignotus; ipsum Hermetidii nomen paene inauditum (ex familia eius puto Sexti Hermentidii VI 35449).* — 27) *28. Dec. 93.* — 28) *A. 68.* — 29) *Fasces gesserunt exeunte mense Apr. anni 69 (supra N. 241 v. 81). Contra consuetudinem consulum suffectorum nominibus annus designatur, eorum consulum qui annum inchoaverant, Galbae et Vinii (item eorum, qui secuti erant, Othonis et fratris) memoria invisa et suppressa. Othoni et fratri successerant Verginius Rufus et Pompeius Vopiscus (supra N. 241 v. 63), quorum memoria illaesa manserat; anno tamen in posterum designando, non hi electi, saltem in exercitu, sed eorum successores, fortasse quod alter eorum, T. Flavius (Sabinus), parentela coniunctus erat cum domo imperatoria Flaviorum. Ceterum apparet etiam Flaviorum temporibus milites legionarios alternis tantum annis dimissos esse (cf. supra N. 2300. 2302. 2303). Milites legionarios plerumque post viginti quinque demum stipendia dimissos esse notum est (supra N. 2245. 2253. 2267. 2303. 2304).* — 30) *Nisi fallor, Valerius Quadratus a praefecto Aegypti petierat, ut sibi liceret constitutionem describere.* — 31) *Vix diversus M. Mettius Rufus, quem Aegypto praefuisse a. 89/90 docuerunt papyri Oxyrhynch. n. 72. 237, 8, 21 (vol. I p. 135, vol. II p. 163. 164), pleno nomine dictus M. Iunius Mettius Rufus, cuius nominis consulem aliquem habuimus supra N. 1622.* — 32) *1. Iul. 94.* — 33) CORAMΛΛC *scriptum.* — 34) *Eadem nominis forma U. B. M. 196 v. 24.* — 35) s. s. *(supra scriptos),* 36) eiusdem *supra lineam adiectum.*

9060 M.[1] Acilio Avaviola[2] et Pansa cos.[3] | pridie nonas Ianuarias | T. Haterius Nepos praef. Aeg.[4] | L. Valerio Nostro equiti | alae Vocontiorum[5] turma | Gaviana emerito hone|stam missionem dedit | *(et alia manu, in margine inferiore)*. . . . rlegi O.S.S.ĒHM̄.[6] dedi prid. non.

Tabella lignea, in regione Fayûm rep., iam Cairi in museo (S. de Ricci Nouvelle Revue historique de droit 1906 p. 478). — 1) *Scr.* M'.? — 2) *Scr.* Aviola. — 3) *A. 122.* — 4) *Cf. supra N. 1338.* — 5) *Cf. supra N. 2610, infra N. 9142.* — 6) *Perlegi omnia supra scripta et honestam missionem dedi. Est nuda honesta missio, data a rectore provinciae, cum praemia veteranorum solus imperator tribueret.*

Militia urbana.

9061 d. m. | C. Antistio | Severo | mil. coh. VIII pr. | spe[1] militans ann. X, | decessit Faleris, | cuius cineres | Antistius Coraesus | retulit pater[2].

In Piceno prope Isola del Gran Sasso agri ut videtur Interamnitium (Barnabei Notizie degli scavi 1899 p. 262). — 1) *Cf. supra N. 2071. Domaszewski Rangordnung p. 22.* — 2) *Ultima verba (inde ab* Ant-*) senarium efficiunt.*

9062 C. Matho C. f. | Ter. Clemens | missicius ex coh. II pr.

Romae rep. extra portam Salariam (VI 32670ª descr. Gatti bull. comunale 1899 p. 71).

9063 M. Tuccius C. f. | Col. Maximus | Tiberiopoli[1] | miles coh. VII pr. | ϵ[2] Marcelli, | vixit anno[*s*] . . ., | milit[*avit*] . .